Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Eadem die fuit examinata Dominica uxor conhardi
Wannsser de Sancto Andrea in Hekental Patrimen dicit testis sic
annorum Quadraginta quinque uel circa que deposuit ut sequitur
et primo super primo secundo et aliis articulis usque ad octauum inclusive
testis examinata dicit articulos fore veros quia ita a senioribus suis audiuit
Super Nono articulo incipien Item qd populus cauit in predicis it testis examinata dicit sibi nil constare
Super decimo articulo incipien Item qd prosiliebat it testis examinata
dicit ut ad proximum
Super Undecimo articulo incipien Item qd toto tempore vite sue it testis
examinata credit articulum fore verum quia contrarium non presumitur
Super Duodecimo articulo incipien Item qd propter bona opa sua it
testis examinata dicit articulum fore verum quia ad hue habet ita reputatur
Super Tredecimo et quartodecimo articulis incipien Item qd a sede apostolica
et Item qd propter virtutem it testis examinata dicit ut ad nonum
Super Quintodecimo decimo sexto decimo septimo et decimo octauo
articulis testis examinata dicit ut ad primum secundum
Super Decimonono articulo incipien Item qd post mortem suam clarauit it
testis examinata dicit articulum fore verum quia toto tempore vite sue
audiuit plurd et diuersa miracula circa Tumbam beati Leopoldi facta
esse interrogata super hiis interrogatoria prenotata Testis respondendo
dixit qualiter ipa olim de domo domini Wylhelmi quadringentesimo
sexagesimo quarto circa festum sancte Walpurgis ex quadam gra
uissima infirmitate in qua detenta fuit loquela et omni racione priuata
per mensem in lecto decubuit et tandem etiam auditum perdidit adeo qd
per duos menses ut vera mulier absque aliqua racione sed insania tacuit
Tunc dictus Leonardus eius maritus cum sit miles et omni racione
carentem videret luxuriauit beatum Leopoldum et vouit eam eo oblacion
ad Tumbam suam velle priuare et sanitatem sibi a deo omnipotenti
per sua merita impetraret Quam post huiusmodi voti emissionem dicta Barbara
dormiuit ipa testis Racionem bonam concepit deinde ipsamet similiter similiter
votum emisit et qua primum ambulare posset votum huiusmodi complere vellet
et tum post paucos dies volens huiusmodi votum adimplere ad etiam beate
Marie virginis Monasterii Nemburgensis australis peruenit et oratio
suas in eadem perfudit Prima vice vocem ad modum oris fistule audiuit
Deinde secunda vice postquam ad Tumbam beati Leopoldi peruenit et
orationes suas effudit cum oblacione integrum auditum concepit et prisce
sanitati restituta est et sana cum gaudio ad domum reuersa Gracias deo
omnipotenti et beato Leopoldo pro huiusmodi — receptis egit Credens
firmiter ad ex meritis beati Leopoldi — miraculose contigisse